

*Cax. 2. 014*

D E  
CONDITIONIBVS  
ET DEMONSTRATIONIB.

Modo, Causa, & Poena

TRACTATVS.

Perillust. & Excellentissimi

D. LEANDRI GALGANETTI

I. V. C. Collensis, Comitis Palatini, & auratæ militiæ Equitis,  
acin Romana Curia causarum Aduocati integerrimi.

IN DVAS PARTES DIVISVS.

*IN QVIBVS MIRO ORDINE, SV MMAQ. DOCTRINA VNIVERSA  
materia hæc in foro frequentissima complectitur, & explicatur, ut nihil cuiq;  
ordinatus, doctusq. desiderari liceat.*

Nunc primum in lucem editus.

CVM TABVLIS VTRIVSQ. PARTIS, DVPLICIQ. INDICE  
SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



V E N E T I I S, M D C I X.

Apud Bernardum Iuntam, Io. Bapt. Clottum,  
& Socios.



# PAVLO QVINTO PONTIF. OPT. MAX

Leander Galganettus felicitatem



A quidem vera, ac Principe digna benignitas est Pater Beatissime, quæ beneficio honestatum a nouo beneficio postulando non deterret. Quod tum accidit, cum propensa ad benemerendum sua sponte voluntas Benefactoris apparet. Talem profectò in Sanctitate Vestra esse omnes norūt omnes prædicant. Ita que, & ego in me ipso id experiri non dubitavi. Quanta enim ea beneficentia extitit, qua me eadem Sanctitas Vestra in ipso primordio felicissimi Pontificatus sui profecuta est; Cum vltro defensionum laboribus, quibus me plures annos exercita Aduocatio distinerat liberatum, Iudicem Appellationum Romanæ Urbis constituit; Cui quidem publico, ac eminentissimo muneri, & Comitum Palatini dignitas, & titulus Equitis Aurati, & aliæ nobiles prærogatiuæ adiunctæ sunt, vt uno in beneficio multa me simul accepisse profitear, atque agnoscam. Ita me à Sanctitate Vestra muneratum æquum erat cogitare potius quemadmodum illi me gratum ostenderem, quàm audacter de noui muneris accessione confidere. Et vtro hoc non tam audaciæ meæ, quàm incredibili, de qua initio dicebam, benignitati Sanctitatis Vestræ est adscribendum; cum præsertim celsitudo fortunæ suæ nec relationem gratiæ desideret, nec humilitas meæ referendi tribuat facultatem. Illius ergo in me benefica semel cognita, perspectaque voluntas animum addidit, vt non sim veritus sperare quidquid ab industria, & ingenio meo proficisceretur, ipsam Patrocinio suo facile dignaturam. Hac porro spectretus Pater Beatissime librum hunc, quem de Conditionibus iuxta probatam antiquorum, vt plurimum Iurisperitorum sententiam



# DE CONDITIONIBVS, ET DEMONSTRATIONIB. TRACTATVS.

D. LEONARDI GALGANETTI:

I. V. C. Celeberrimi.

Pars Prima.

S V M M A R I V M.

Caput Primum.

- 1 *Definitionum species quatuor.*
- 2 *Essentialis definitio.*
- 3 *Causalis definitio.*
- 4 *Per partes definitio.*
- 5 *Accidentalis definitio.*
- 6 *Definitiones rei quæ.*
- 7 *Definitio nominis.*
- 8 *Etymologia.*
- 9 *Allusio.*
- 10 *Definitio exemplaris.*
- 11 *Conditioni in iure non datur definitio.*
- 12 *Conditionis definitio ponitur.*
- 13 *Conditio scripta cum c.*
- 14 *Conditio est terminus æquiuocus.*
- 15 *Accidentalis definitio conditionis.*
- 16 *Conditio unde dicta.*
- 17 *Conditio dicitur multis modis.*
- 18 *Et quandoque modus.*
- 19 *Demonstratio.*
- 20 *Causa.*
- 21 *Pæna.*
- 22 *Ratio.*
- 23 *Pactio stipulatio.*
- 24 *Lex.*
- 25 *Status.*
- 26 *Locus.*
- 27 *Ius.*
- 28 *Onus.*
- 29 *Electio.*
- 30 *Qualitas Remuneratio, Tenor, Institutio con-  
ditionalis.*
- 31 *Conditio frequentius quid dicatur.*
- 32 *Conditio de sua natura continet præceptum,  
& nihil ponit inesse.*
- 33 *Conditio est de futuro, non de presenti, nec  
præterito.*



VM definitio secundum Boe-  
tium substantiam vnius cu-  
iusque rei significet, vel, vt  
alij volunt, naturam, seu  
naturales rei condiciones ex-  
plicat, constatque ex ea secundum Bald. in l.  
1. numer. 4. ff. si certum petat. recte scire, &  
intelligere, & cōsueuerint omnes de aliquo  
dicendi ab illius definitione incipere, quia,  
vt scriptum extat apud Ciceronem in pri-  
mo Officiorum, omnis quæstio à definitio-  
ne debet proficisci, vt sciamus id, de quo  
disputatur; Ego ab hoc antiquo, & bono  
institutio non recedendo, sed maiores, me-  
lioresque imitando De Conditionibus,  
Demonstrationibus, Modo, Causa, & Pœ-  
na dicendus, conueniens duxi, prius earum  
definitionem dicere, quæ quidem, quid res  
ipsæ sint iux. tex. in l. 1. ff. de usufructu. & in  
l. 1. ff. de ritu nuptiarum. earum substantiam  
& naturalem conditionem explicabunt.  
Sed quia in iure nostro omnis definitio pe-  
riculosa est, & rara, quæ non subverti possit,  
omnis definitio 203. ff. de regul. iur. quia  
debet constare ex genere, & differentijs,  
quarum penuria, teste Gulielmo Lapidano  
in Method. Dialect. in tertio prædicabili,  
laboramus; in definiendo ideo contugimus  
ad ea, quæ ad differentia naturam proximè  
accedunt.

I Ideo antea præmittere volo, Duo esse  
definitionū genera, nominis scilicet & rei;  
rei vero quatuor esse species. Prima essen-  
tialis, causalis secunda, tertia quæ sit per  
partes, uel species, quarta denique, quæ sit  
per accidentia.

A

2 Essen-